

PRÆPARATA  
ET  
COMPOSITA.

АТАЯАСКЯЯ  
тъ  
COMPOSTA



PRÆPARATA  
ET  
COMPOSITA.

---

ACETUM AROMATICUM.

Recipe Summitatum Rosmarini,  
Foliorum Salviæ , singulorum  
Uncias quatuor ,  
Florum Lavendulæ Uncias duas,  
Caryophyllorum Drachmas duas,  
Aceti vini Libras octo.

Macera per quatriduum & humorem  
expressum cola per chartam.

ACETUM CONCENTRATUM.

Acetum vini in vase ligneo gla-  
cietur gelida hyeme , & humor in me-  
dio hærens , a glacie separatus , servetur.  
Satis acre est acetum , si ejus Drachma

sufficit ad Alcali Tartari Scrupulum saturandum.

Eodem modo fit succus CITRI CONCENTRATUS, si gelu cogitur donec ter-  
tia tantum pars superfit.

#### ACETUM DESTILLATUM.

R. Aceti vini quantum placet.

Balnei maris calore ex retorta vitrea destillet aceti circiter quarta pars, quæ phlegma est. Mutato tum excipulo continuet destillatio quamdiu limpidus pro-  
dit humor, qui servetur.

#### ACETUM LITHARGYRI.

R. Lithargyri triti Libram semis,  
Aceti vini Libras duas.

Subinde agitando bacillo ligneo di-  
gere, donec chartæ Lacmus tinctæ  
color coeruleus ab aceto non mutetur.  
Quod post subsidentiam limpidum est  
fervet.

#### ACETUM ROSACEUM.

R. Florum Rosæ rubræ fccatorum quan-  
tum placet,  
Aceti vini Duodecuplum pondus,

Macera per quatriduum & humorem  
per chartam cola.

Ex floribus Sambuci eodem modo  
paratur ACETUM SAMBUCINUM.

#### ACETUM SCILLITICUM.

R. Scillæ fccatæ concisæ quantum  
placet,  
Aceti vini Duodecuplum pondus.  
Macera per octo dies; deinde exprime  
humorem, quem defæcatum cola.

#### ACIDUM NITRI FUMANS.

R. Nitri purificati Libras duas.  
Sub camino, caute vaporem evitando,  
in retorta vitrea sensim adjice  
Acidi Vitrioli concentrati Libram  
unam.

Excipulum grande & convenienter tubu-  
latum mox applicetur, atque igne grada-  
tim aucto fiat destillatio.

Si aquæ puræ Libræ duæ vasi reci-  
pienti inditæ sunt ante destillationem,  
ACIDUM NITRI DILUTUM habetur.

## ACIDUM SALIS COMMUNIS.

R. Acidi Vitrioli concentrati,  
Aquæ puræ, singulorum Libram  
unam.

Caute commixtis adjice  
Salis communis Libras duas.

Mox applicetur excipiens vas conve-  
nienter tubulatum, & modico igne fiat  
destillatio.

Quod in retorta residuum est, aqua di-  
lutum & per chartam colatum, crystal-  
lisando dat ALKALI MINERALE VITRIO-  
LATUM, sollicite a sale communi sepa-  
randum.

ACIDUM TARTARI  
CRYSTALLISATUM.

R. Cretæ præparatæ & aqua calida fæ-  
pius ablutæ Libras duas,

Aquæ fluvialis Libras triginta duas.

Post brevem ebullitionem sensim adjice  
Cremoris Tartari Libras septem, vel  
quantum satis est ad saturandum.

Vase ab igne remoto stent per horæ di-  
midium: deinde in vas vitreum caute  
transfunde liquorem limpidum superna-

tantem, & residuum, seu Selenitidem tartareum ablue, aquam bis vel ter affundendo.

Huic residuo postea adde

Acidi Vitrioli tenuis Libras sedecim. Spathula lignea saepius agitando digere per diem. Liquorem acidum deinde effunde in vas vitreum; residuo autem admisce

Aquæ fluvialis Libras sedecim. Cola per chartam, atque residuo affunde iterum aquam, donec insipida sit. Liquores acidi commixti in vase vitreo, modico calore decoquantur ad crassitudinem syrupi tenuioris, qui percolatus seponatur ut crystallos demittat. Crystalli tandem post repetitam evaporationem collectæ, super chartam siccentur & loco fucco serventur.

Si ante crystallisationem pauxillum liquoris acidi spissati ex aquæ puræ quadruplo diluitur, & Aceti Lithargyri guttæ nonnullæ instillantur, album mox subsidet sedimentum. Si guttæ aliquot Acidi Nitri diluti tum adduntur, limpida statim fit mixtura, quum purus ac ab Acido Vitrioli penitus liber est liquor

tartareus: si minus, lactescit. Vitio vero huic mederi poteris, si Acidum Tartari ex aquæ libris sex diluitur, & unciis nonnullis Selenitidis tartarei additis, digeritur, colatur atque crystallos deponit.

### ACIDUM TARTARI DESTILLATUM.

Tartarus crudus contritus retortæ fictili, vel ferrea, tubulatae immittatur, ut hujus duas tertias partes occupet, & igne sensim aucto fiat destillatio. In recipiens vas, quod capacissimum fit, transibit una cum oleo liquor acidus, qui ab illo separatus ex retorta vitrea iterum destillet.

Quod in retorta fictili vel ferrea residuum est, ex aqua fluviali dilutum & per chartam colatum coquatur, donec exsiccatetur, atque tum ALKALI TARTARI dicitur. Si hoc album non appareat, tale tandem fit ustione, dissolutione, colatione & evaporatione repetita.

**ACIDUM VITRIOLI  
CONCENTRATUM.**

Acidum Vitrioli forte in retorta vitrea ad modicum ignem coque, donec liquor destillans discretis guttulis, roris instar, in collo retortæ non appareat. Liquorem limpidum, in retorta remanentem, calidum etiamnum transfunde in lagenam vitream siccām, & epistomio vitreo ab aëris accessu serva.

**ACIDUM VITRIOLI TENUE.**

R. Acidi Vitrioli concentrati Unciam unam,  
Aquæ destillatæ Uncias octo.  
Sensim & caute misceantur.

**ADEPS CURATA.**

Cum membranulæ, venæ & fibrillæ diligenter exemptæ sunt, aqua lavetur adeps: deinde liquetur ad modicum ignem, & post humili exhalationem collectur.

Éodem modo fit SEVUM CURATUM.

## AETHER VITRIOLATUS.

R. Spiritus vini rectificatissimi,  
Acidi Vitrioli concentrati, singulo-  
rum Libras tres.

In cucurbita vitrea caute misceantur,  
Acidum vitrioli paullatim Spiritui in-  
stillando. Mixta stent per aliquot dies,  
& ad modicum ignem destillent primum  
Unciae sex vel octo, quae separatae ser-  
ventur ad alios usus. Excipulo tum mu-  
tato continuet leni calore destillatio, do-  
nec striæ in alembico non appareant;  
follicite cavendo ne massa nigra, in cu-  
curbita maneriis, ascendat & omnia per-  
dat. Liquorem destillando elicitum di-  
lue ex Aquæ Calcis limpidæ pari quan-  
titate, & AEtherem supernatantem ferva  
in lagena vitrea epistomio vitro bene  
œclusa.

## AETHIOPS ANTIMONIALIS.

R. Hydrargyri purificati Unciam unam  
& dimidiam,  
Kermes mineralis Unciam unam.  
In mortario vitro simul terantur donec  
intime commixta sint.

## AETHIOPS MARTIALIS.

R. Limaturæ ferri purissimi, non rubiginosi, quantum placet,  
Aquæ fluvalis quantum satis est ut eam contegat.

In vase vitro lato stent per plures hebdomadas. Limaturam, aqua undique submersam, spathula lignea quotidie agita, donec magna ferri pars in pulverem tenuem resoluta sit. Aquam illo turbidam decantha, ut quieta demittat pulverem, qui, ab aqua separatus, celeriter ficari debet atque vase clauso servari.

## AETHIOPS MINERALIS.

R. Sulphuris quantum placet.  
In vase ferreo capaci ad modicum ignem liquefacto adjice

Hydrargyri purificati Par pondus.  
Spathula ferrea diligenter agita per horæ dimidium, ut mellis spissitudinem retineat. Si crassior fit massa, igne paulum aucto liquefacit, & refrigerata in mortario ferreo teratur in pulverem.

## ALKALI AMMONIACUM.

R. Salis ammoniaci quantum placet,  
Alkali lignorum depurati Duplum  
pondus.  
Separatim pulverata commisceantur in  
cucurbita vitrea, & mox adaptato alem-  
bico fiat sublimatio.

ALKALI AMMONIACUM  
ACETATUM.

R. Alkali ammoniaci quantum placet.  
Subinde agitando, per vices adjice  
Aceti concentrati quantum satis est  
ad saturandum.

ALKALI AMMONIACUM  
AQUOSUM.

R. Salis ammoniaci depurati Libram  
semis,  
Alkali lignorum depurati Uncias  
novem.  
Separatim pulveratis & in retorta vitrea  
mixtis adjice  
Aquæ puræ Libram unam.  
Modico igne fiat destillatio, donec re-  
fiduum in retorta exsiccatum sit.

ALKALI AMMONIACUM  
CAUSTICUM.

R. Calcis nuper ustæ Libras duas,  
Aquæ puræ Libram unam.  
In retorta vitrea capaci sensim commix-  
tis, post calcis extinctionem adjice  
Salis ammoniaci pulverati Libram  
unam.  
Mox applicetur excipulum grande, &  
ad exiguum ignem destillet liquor vola-  
tilis, qui lagena vitrea, epistomio vitro  
obturata, servetur.

ALKALI AMMONIACUM  
SPIRITUOSUM.

R. Salis ammoniaci Libram unam,  
Alkali lignorum depurati Libram  
unam & dimidiam,  
Spiritus vini gallici Libras quatuor.  
Ad exiguum ignem destillent Libræ duæ,

ALKALI AMMONIACUM  
SUCCINATUM.

R. Spiritus vini rectificatissimi Unciam  
unam,

Olei Succini rectificati Scrupulum  
unum,  
Saponis albi Grana duo.  
Ubi omnium unitas facta est, adjice  
Alkali ammoniaci caustici Uncias  
quatuor.

### ALKALI HERBARUM FIXUM.

Herba Absinthii vel alias plantæ amaræ, una cum stipitibus, redigatur in cinerem, qui sartagine ferrea uretur donec albescat; deinde ex aqua fluviali calida diluatur. Lixivium per linteum colatum supra modicum ignem decoquatur donec omnis humor consumtus sit.

### ALKALI LIGNORUM DEPURATUM.

R. Cinerum clavellatorum Libras duas,  
Aquæ fluvialis Libras tres.  
Fiat lixivium, quod per linteum colatum in olla ferrea coquatur donec exsicetur.

### ALKALI MINERALE FIXUM.

R. Sodæ hispanicæ contritæ quantum placet,

Aquæ fluvialis fervidæ quantum fas-  
tis est ad diluendum.

Lixivium per linteum colatum, post le-  
nem exhalationem, in vase vitro sepo-  
natur loco frigido, ut crystrallos de-  
mittat.

### ALKALI MINERALE TARTARISATUM:

R. Alkali mineralis fixi Libram unam,  
Aquæ fluvialis Libras tres.

Lixivio fervido sensim adjice  
Cremoris Tartari quantum satis fit  
ad saturandum.

Liquor per chartam colatus vaporet, do-  
nec pellicula appareat: tum loco frigi-  
do reponatur, ut crystrallos demittat.

### ALKALI VEGETABILE ACETATUM.

R. Alkali lignorum depurati Libram  
unam & dimidiam.

In vase vitro capaci admisce  
Aceti destillati Libras octo.

Parte circiter dimidia vaporando supra ignem consumta, per vices iterum addatur Acetum destillatum usque ad plenam saturationem. Liquor tandem, ad dimidium exhalando redactus, per chartam coletur, & balnei maris calore vaporet donec exsicetur.

ALKALI VEGETABILE  
TARTARISATUM.

R. Alkali lignorum depurati Libras duas,  
Aquæ fluvialis Libras octo,  
Lixiviq ferventi adjice  
Cremoris Tartari quantum satis fit ad  
saturandum.  
Liquor etiamnum calens per pannum  
laneum colatus leni calore vaporet  
donec exsicetur.

ALKALI VEGETABILE  
VITRIOLATUM.

R. Acidì Vitrioli fortis quantum placet,  
Aquæ fluvialis calidæ Decuplum  
pondus.  
In vase vitreo capaci caute & sensim  
commixtis adjice

Alkali lignorum depurati, aqua diluti, quantum satis fit ad saturandum.

Liquor per chartam colatus seponatur, ut crystallos demittat.

### ALUMEN USTUM.

In patina ferrea uratur Alumen donec spongiosum fiat.

### ANTIMONIUM PRAEPARATUM.

Antimonium crudum in mortario ferreo contritum cum aqua multa misce & agita. Aquam polline tenuissimo saturam transfunde in vas idoneum & sepone. Crassior pulvis residuum, denuo tritus, eodem modo tractetur, atque subfidentes pulveres tenuissimi siccati serventur.

Sic quoque præparantur BOLUS ARMENIA, CALAMINARIS LAPIS, CORNU CERVI USTUM, CORALLIUM RUBRUM & CRETA ALBA,

### AQUA ANETHI.

R. Seminis Anethi Libram semis.

Aquæ puræ quantum satis fit ad evitandum empyreuma,

Destillando eliciantur Libræ sex,

Eodem modo parantur AQUA FœNICULI & PETROSELINI, seminum.

### AQUA AURANTII.

R. Florum Aurantii recentium Libras tres,

Aquæ puræ quantum satis sit ad empyreuma evitandum.

Destillando eliciantur Libræ sex.

Eodem modo parantur AQUA ROSÆ DAMASCENAE & SAMBUCI, florum.

### AQUA CALCIS.

R. Calcis recens ustæ Libram unam.

Sensim affunde

Aquæ fluvialis Libras octo.

Ebullitione, quæ inde oritur, peracta, vas agitetur: deinde subfidat Calx, & aqua per chartam colata lagenis rite occlusis servetur.

Ex Testis ostrearum ustis eodem modo paratur AQUA CALCIS OSTREARUM.

### AQUA CERASI.

R. Cerasorum nigrorum, maturorum, cum nucleis contusorum Libras viginti,

Aquæ puræ quantum satis est ut evi-  
tetur empyreuma.

Destillando eliciantur Libræ viginti.

Simili modo paratur AQUA FRAGO-  
RUM.

### AQUA CINNAMOMI.

R. Cinnamomi indici Libram unam,  
Vini gallici albi Libras duas,  
Aquæ puræ quantum satis est ad evi-  
tandum empyreuma.

Destillando elice Libras sex aquæ, cui  
admisce

Sacchari albissimi pulverati Unciam  
unam & dimidiam.

### AQUA MENTHAE CRISPAE.

R. Foliorum menthæ crispæ recentium  
Libras quatuor,  
Aquæ puræ quantum satis sit ut evi-  
tetur empyreuma.

Destillando eliciantur Libræ sex.

Eodem modo parantur AQUA HYS-  
SOPI, MENTHAE PIPERITIDIS, PULEGII  
& RANUNCULI ALBI.

## AQVA PICEA.

R. Picis liquidæ Libras duas,  
Aquæ fluvialis Libras octo.  
In vase ligneo mixta agita bacillo li-  
gneo: deinde per duodecim horas subfi-  
dat pix, & aqua decanthesur.

## AQVA SATURNINA.

R. Aquæ destillatæ Libras duas,  
Spiritus vini gallici Unciam unam,  
Aceti Lithargyri Unciam semis.  
Misceantur.

## BALSAMUM AROMATICUM.

R. Olei Nucis Moschatæ expressi Un-  
ciam unam,  
Ceræ flavæ Drachmas duas.  
Modico igne liquatis, & inde remotis,  
admisce  
Olei Caryophyllorum,  
Lavendulæ, singulorum Drach-  
mas duas,  
Succini rectificati Scrupulum se-  
mis.

BAL-

BALSAMUM SULPHURIS  
SIMPLEX.

R. Olei Lini Libram unam,  
Sulphuris contriti Uncias duas.  
Spathula lignea agitando coque in vase  
ferreo capaci, supra modicum ignem,  
donec coeant in unum.

BALSAMUM SULPHURIS  
TEREBINTHINATUM.

R. Olei ætherei Terebinthinæ Unciam  
unam,  
Balsami Sulphuris simplicis Drach-  
mas tres.  
Commisceantur.

BALSAMUM TRAUMATICUM.

R. Benzoes contritæ Uncias tres,  
Aloes socotrinæ Unciam semis,  
Spiritus vini rectificati Uncias triginta  
duas.

Digere per biduum: deinde adjice  
Balsami peruviani Uncias duas.

Digere iterum per triduum & colâ.

## CALX ANTIMONII.

R. Antimonii pulverati Libram unam,  
Nitri purificati Libras tres.  
Mixta in crucibulum ignitum sensim  
injiciantur. Detonatione peracta in igne  
detineatur massa per horæ dimidium,  
cavendo tamen ne liquetur: refrigerata  
teratur in pulverem, vitro occluso ser-  
vandum.

Si hæc massa sæpius abluitur aqua ca-  
lida, donec prorsus insipida fit, CALX  
ANTIMONII ELOTA dicitur.

Liquor autem per chartam colatus,  
post exhalationem justam, crystallos po-  
nat, quæ sub nomine NITRI ANTIMO-  
NIATI veniunt.

## CALX ZINCI.

Zinci frustula ignito crucibulo capa-  
ci, alto & inclinato, per vices injice ut in-  
flammentur. Calx sublimata, alba, & levis  
eximatur succeſſive, ne aëris accessum  
impedit, & tandem per cribrum traji-  
ciatur.

## CAMPHORA PURIFICATA.

R. Camphoræ crudæ Libras duas,

Calcis ustæ pulveratæ Unciam unam.  
Simul trita immittantur cucurbitæ vi-  
treæ latæ & depresso, atque arenæ  
calore sensim aucto liquetur Camphora.  
Remisso postea calore sublimetur massa  
pellucida, a scoriis, confracto vitro,  
separanda.

### CAUSTICUM ANTIMONIALE.

R. Salis communis siccata Libram semis,  
Croci Antimonii eloti,  
Acidi Vitrioli fortis, singulorum Un-  
cias tres.

Caute commisceantur in retorta vitrea  
& mox fiat destillatio.

### CAUSTICUM LUNARE.

R. Argenti cupellati, in laminis, quan-  
tum placet,

Acidi Nitri diluti Duplum pondus.  
Digere ut argentum solvatur, deinde  
coque donec exsiccatur.

Massa remanens in crucibulo ampio  
liquefcat ad ignem sensim auctum. Tum  
effundatur in fistulas ferreas idoneas,  
antea calefactas & sevi pauxillo inunctas.

Refrigerata vitro clauso serva.

## CAUSTICUM SALINUM.

R. Lixivii saponarii, per linteum colati, quantum placet.

Coque ad tertiae partis remanentiam & dum etiamum bulliens sit, adjice sensim Calcem ustam, (cum aquæ pauxillo in pulverem tritam,) donec liquorem absorbferit & in pastam coacta sit, quæ vase vitro bene occluso servanda est.

## CERA PURIFICATA.

R. Ceræ flavæ Unciam unam, Spiritus vini rectificati quantum fas-tis est.

Triturando in mortario vitro commisce, & per chartam cola. Massa unguinosa in colo manens servetur.

## CERATUM ALBUM.

R. Olei olearum Libram semis, Spermatis Ceti Uncias tres, Ceræ albæ Uncias duas & dimidiam.

Mixta liquefcant, & affidue agitentur spathula lignea donec refixerint.

Si radice Alkannæ tingitur, CERATUM LABIALE appellatur.

## CEREI MEDICATI.

R. Ceræ flavæ liquefactæ Libram unam,  
Spermatis Ceti Drachmas tres,  
Aceti Lithargyri Drachmas duas.  
Commixtis, & ab igne remotis, immer-  
ge telas tenues, ex quibus fiant lege  
artis cerei.

Fiunt quoque cum Aceti Lithargyri  
duplo vel quadruplo.

## CINNABARIS FACTICIA.

R. Sulphuris Libram unam.  
In vase ferreo capaci liquefacto sensim  
adjice  
Hydrargyri, prius calefacti, Libras  
quinque.  
Agita continue spathula ferrea ut com-  
misceantur: tum operculum adapta li-  
gneum, ne inflamentur. Massa nondum  
refrigerata teratur in pulverem & vase  
vitreo sublimetur.

## COLCOTHAR VITRIOLI.

R. Vitrioli viridis quantum placet.  
Ad ignem validum uretur in vase fer-  
reo, donec colorem rubrum habeat.

CONDITUM AURANTII  
CORTICIS.

Cortices Aurantii recentes in aqua fluviali, quotidie mutanda, macera donec mollescere incipient. Mutata iterum aqua coque donec fatis molles sint. Tum cortices, ab albedine mundatos, cribro subverso impone, ut ab humore superfluo liberentur. Vasi vitreo deinde inditis affunde Syrupum simplicem, qui eos contegat. Post diem unum alterumue eximantur cortices, qui syrupo modico calore spissato atque refrigerato iterum injiciantur, & post aliquot dierum macerationem denuo eximantur. Syrupus residuus, cum Saccharo iterum ad justam spissitudinem redactus, postea corticibus adjiciatur, ut superemineat.

Eodem modo condiuntur C I T R I C O R T I C E S recentes, CYNOSBATA & ENULAE radix.

CONSERVA ACETOSELLAE.

Foliis recentibus Acetosellæ, minutim sectis, admisceatur Sacchari albissimi pulverati Par pondus.

Simili modo paratur CONSERVA RO-  
SÆ RUBRAE florum & CEREFOLII foli-  
orum. Conserva vero COCHLEARIAE foli-  
orum fiat cum Sacchari albissimi duplo  
pondere.

### CORNU CERVI USTUM.

Cornuum cervi frusta in furno uran-  
tur donec penitus albescant. Idem obti-  
netur si residuum post destillationem  
Liquoris & Olei Cornu cervi simili mo-  
do comburitur.

### CROCUS ANTIMONII.

R. Antimonii,

Nitri, Par pondus.

Separatim pulverata, deinde commixta,  
in mortario ferreo sensim detonent.

Si massa hæc refrigerata a scoriis al-  
bicantibus separatur, & contrita aquæ  
ferventis affusione repetita, abluitur do-  
nec prorsus insipida sit, CROCUS ANTI-  
MONII ELOTUS obtinetur.

### CUPRUM AMMONIACUM.

R. Vitrioli cœrulei Unciam unam,

E

Aquæ destillatæ Uncias tres.  
 Cum vitriolum aqua liquatum est, adjice  
 Alcali ammoniaci aquosi Uncias sex,  
 vel quantum satis sit ut cyaneum  
 colorem induat.  
 Liquorem per chartam colatum vase vi-  
 treo decoque, donec exsicetur.

## DECOCTUM ALBUM.

R. Cornu Cervi usci præparati Unciam  
 semis,  
 Gummi arabici Unciam unam,  
 Aquæ fluvialis Libras tres.  
 Paullum ebulliant, & refrigeratis tritu-  
 rando admisce  
 Pastæ amygdalinæ Unciam unam.  
 Cola.

## DECOCTUM HORDEI.

R. Hordei, aqua calida aliquoties eloti,  
 Uncias tres,  
 Radicis Graminis concifæ Unciam  
 unam,  
 Aquæ fluvialis Libras decem.  
 Coque donec Libræ octo remaneant,  
 & decoctum refrigeratum cola.

Si Oxymellis simplicis Unciae quatuor adduntur, DECOCTUM HORDEI ACIDULATUM appellatur.

## DECOCTUM LIGNORUM.

R. Rasuræ ligni Guajaci Uncias tres,  
Juniperi Uncias duas,  
Radicis Chinæ concifæ Unciam unam.  
Aquæ fluvialis Libras duodecim.  
Coque ad dimidium, sub finem coctionis addendo  
Radicis Glycyrrhizæ Unciam semis.  
Cola.

## ELATERIUM.

Fructus Cucumeris asinini fere maturi incidentur, ut in vas idoneum fine expressione succum demittant. Pars crassior subsidens, a liquore supernante liberata, & modico calore siccatâ, servetur.

## ELECTUARIUM GINGIVALE.

R. Myrrhæ pulveratæ Drachmas tres,  
Cremoris Tartari,

Coccinellæ, singulorum Drachmam  
unam & dimidiam.

Simul tritis in mortario vitro ad misce  
Mellis svecici liquefacti Uncias qua-  
tuor,

Caryophyllorum pulveratorum Drach-  
mam unam.

#### ELECTUARIUM E MANNA.

R. Mannæ electæ,  
Sacchari albissimi pulverati,  
Aquæ Fœniculi, singulorum Uncias  
duas.

Mixturam cola cum expressione: deinde  
ad misce

Radicis Iridis florentinæ, in tenuem  
pulverem tritæ, Drachmam unam,  
Olei amygdalini recentis Unciam  
unam.

#### ELECTUARIUM E SCORDIO.

R. Foliorum Scordii Uncias tres,  
Catechu,  
Fabæ Pechurim,  
Radicis Tormentillæ, singulorum  
Uncias duas,  
Opii Drachmam unam & dimidiam,  
Mellis svecici Uncias viginti octo.

Opium ex Vino hispanicō dilutum ad-  
datur Melli paullum calefacto, cui cæ-  
tera, in pulverem trita, admisceantur.

Si diu servatum inarefcit, ex Vino  
hispanicō iterum conteratur donec ju-  
sta crassitudo fiat.

#### ELECTUARIUM E SENNA.

R. Foliorum Sennæ pulveratorum Un-  
cias quatuor,  
Pulpæ Tamarindi Libram unam,  
Syrupi simplicis Uncias octo, vel  
quantum satis fit.

Commisceantur.

#### ELIXIR ALOES SAPONACEUM.

R. Aloes focotrinæ,  
Alcali vegetabilis acetati,  
Bilis bubulæ spissatae,  
Myrrhæ, singulorum Unciam unam.  
Simul terantur in mortario vitro, de-  
inde misceantur cum  
Croci Uncia semis,  
Spiritus vini rectificati Libra una.  
Digere per triduum, vas subinde agi-  
tando, & per linteum cola.

## ELIXIR ALOETICUM.

R. Myrrhæ,  
Croci, Singulorum Unciam unam,  
Spiritus vini rectificati Uncias tri-  
ginta duas.

Digere per triduum: deinde adde  
Aloes focotrinæ Unciam unam & di-  
midiam.

Digere iterum per biduum & per lin-  
teum cola,

## ELIXIR FOETIDUM.

R. Castorei Unciam semis,  
Affæ fœtidæ Drachmas duas,  
Opii Drachmam semis,  
Salis Cornu cervi Drachmam unam,  
Spiritus vini rectificati Uncias qua-  
tuor.

Digere per quatriduum & per linteum  
cola.

ELIXIR JALAPPAE  
COMPOSITUM.

R. Radicis Jalappæ Uncias quatuor,  
Scammonii Aleppensis Unciam semis,  
Gambogiæ Drachmas duas,  
Incisis & contusis affunde

Spiritus vini rectificati Libras duas.  
Digere per triduum & exprimendo cola.

## ELIXIR PAPAVERIS.

R. Succi Glycyrrhizæ spissati Unciam  
semis,  
Croci,  
Opii, singulorum Scrupulos quin-  
que,  
Vini hispanicæ Uncias decem.  
Digere per quatriduum & cola.

## ELIXIR RHEI AMARUM.

R. Rhabarbari contusi Unciam unam,  
Radicis Gentianæ rubræ Drachmas  
duas,  
Canellæ albæ Drachmam unam,  
Vini hispanicæ Libram unam.  
Digere per triduum & exprimendo cola.

## ELIXIR RHEI COMPOSITUM.

R. Rhabarbari contusi Uncias duas,  
Cardamomi Drachmas duas,  
Alkali Tartari Scrupulum unum,  
Vini hispanicæ Uncias sedecim.

Digere per triduum, & liquori cum  
expressione colato adjice,  
Sacchari albi Uncias tres,  
Extracti Enulæ Scrupulos decem,  
Centaurii minoris Scrupulos  
quatuor.

### ELIXIR RHEI DULCE.

R. Rhabarbari contusi Uncias duas,  
Cardamomi Drachmas duas,  
Vini hispanici Libram unam.  
Digere per triduum & exprimendo cola.

### ELIXIR SENNAE.

R. Foliorum Sennæ Uncias quatuor,  
Seminis Coriandri,  
Foeniculi, singulorum Drach-  
mas duas,  
Vini hispanici Libras duas.  
Digere per triduum. Tum adde  
Paffularum majorum exacinatarum  
Uncias tres.  
Digere iterum per diem & exprimendo  
cola.

### EMPLASTRUM ADHAESIVUM.

R. Olei olearum Libras duas,

Lithargyri triti Libram unam,  
Cerussæ Uncias quatuor.

Spathula lignea continue agitando coque  
modico igne, aquam ferventem subin-  
de instillando: & cum emplastri spissi-  
tudinem habet, adjice

Ceræ flavæ Uncias octo,  
Terebinthinæ communis Uncias duas.

#### EMPLASTRUM E CALAMINARI LAPIDE.

R. Olei olearum Uncias sedecim,  
Lithargyri triti Libram semis.

Spathula continue agitando, & aquam  
ferventem subinde instillando, coque  
leniter ut unitas fiat. Tum per vices  
subigendo admisce

Calaminaris lapidis præparati Libras  
duas,  
Ceræ flavæ Uncias quinque,  
Sevi bubuli curati,  
Terebinthinæ communis, singulorum  
Unciam unam & dimidiam.

#### EMPLASTRUM CITRINUM.

R. Ceræ flavæ Libram unam,

E 5

Resinæ Libram semis,  
 Sevi ovilli curati Uncias quatuor,  
 Olei olearum,  
 Terebinthinæ communis, singulo-  
 rum Uncias duas,  
 Circumæ pulveratæ Drachmas duas.  
 Simul liquata cola.  
 Si AEruginis tritæ Drachmæ sex ad-  
 duntur, EMPLASTRUM VIRIDE dicitur.

## EMPLASTRUM COMMUNE.

R. Olei olearum Libras sex,  
 Lithargyri triti Libras tres.  
 Spathula continue agitando, & aquam  
 ferventem subinde instillando, coque ad  
 modicum ignen, donec in unum coeant.

## EMPLASTRUM E CONIO.

R. Ceræ flavæ Libram semis,  
 Olei olearum Uncias quatuor,  
 Gummi ammoniaci Unciam semis.  
 Simul liquatis admisce  
 Herbæ Conii pulveratæ Libram se-  
 mis.

Eodem modo paratur EMPLASTRUM ex  
 HYOSCYAMO.

## EMPLASTRUM DIAPOMPHO-LYGOS.

R. Ceræ flavæ Libram unam,  
Olei olearum Libram semis.  
Colliquatis subigendo admisce  
Plumbi usci Libram semis,  
Cerussæ tritæ Uncias quatuor,  
Pompholygos Uncias tres,  
Olibani Unciam unam & dimidiam.

## EMPLASTRUM FOETIDUM.

R. Ceræ flavæ Uncias quatuor,  
Olei olearum Unciam unam.  
Simul liquefactis & ab igne remotis ad-  
misce  
Affæ fœtidæ,  
Galbani, singulorum Uncias duas.

## EMPLASTRUM GUMMOSUM.

R. Emplastri communis Libram semis,  
Ceræ flavæ Unciam unam.  
Simul liquefactis & ab igne remotis ad-  
misce  
Gummi ammoniaci,  
Galbani, singulorum Unciam unam.

## EMPLASTRUM MERCURIALE.

R. Hydrargyri Unciam unam,  
Terebinthinæ venetæ Drachmas duas.  
Terantur in mortario vitro donec in-  
time commixta sint: tum subigendo  
addantur sequentibus simul liquatis, sci-  
licet

Emplastri communis Unciis duabus,  
Ceræ flavæ Unciæ semis.

## EMPLASTRUM SAPONATUM.

R. Emplastri communis Libram semis,  
Saponis veneti Uncias duas.  
Simul liquefcant.

## EMPLASTRUM VESICATORIUM.

R. Ceræ flavæ Libram semis,  
Terebinthinæ communis,  
Olei olearum, singulorum Unciam  
unam & dimidiam.  
Simul liquefactis admisce  
Cantharidum pulveratarum Uncias  
tres,  
Camphoræ Unciam semis.

## EMULSIO SALINA.

R. Alkali vegetabilis tartarisati Drachmas duas,  
Mellis svecici Unciam unam & di-  
midiam,  
Aquæ fluvialis Libram unam.  
Diluta triturentur in mortario marmo-  
reo cum  
Amygdalorum dulcium contusorum  
Uncia una.  
Deinde cola.

## EXTRACTUM ABSINTHII.

R. Summitatum Absinthii recentium  
quantum placet,  
Aquæ fluvialis Duplum pondus.  
Ad modicum ignem coque paulisper:  
deinde exprime liquorem. Residuum  
ex aqua iterum coque & exprimendo  
cola. Liquores mixti vaporent balnei  
maris calore ad justam crassitudinem.

Eodem modo para EXTRACTUM BE-  
TULAE, CARDUI BENEDICTI & TRIFO-  
LII AQUATICI, foliorum, CENTAURII  
MINORIS & MILLEFOLII, summitatum,  
atque TARAXACI radicis primo vere vel  
fero autumno collectæ.

## EXTRACTUM ACONITI.

Folia Aconiti recentia minutim concisa pauxillo Aquæ irrorentur. Succus inde expressus, sine prævia defæcatione, vaporet balnei maris calore donec ei mellis crassitudo sit. Tum admisce foliorum Aconiti, in pulvèrem tenuem tritorum, partem quartam.

Eodem modo para EXTRACTUM CEREFOLII & CONII, herbarum, atque HYOSCYAMI & STRAMONEI, foliorum.

## EXTRACTUM ALOES AQUOSUM.

R. Aloes hepaticæ Libram unam,  
Aquæ fluvialis frigidæ Libras quatuor,

Succi Citri Libram unam.

In vase vitro macera per unum alterum ve diem, vas subinde concutiendo. Cum resina & fœces subsederint, diffunde liquorem & residuo aquam frigidam reaf-funde, donec parum admodum in eam recipiatur. Liquores colati calore balnei maris vaporent ad mellis crassitudinem.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS  
COMPOSITUM.

R. Colocynthidis a feminibus purgatæ  
Uncias duas.

Aquæ fluvialis Libras duas.

Modico igne decoque ad dimidium, &  
humor colatus balnei maris calore va-  
poret donec ei mellis crassitudo fit.  
Tum admisce sequentia in pulverem te-  
nuem trita, scilicet

Aloes focotrinæ Uncias duas,  
Scammonei Aleppensis Unciam unam,  
Caryophyllorum Drachmam unam.

## EXTRACTUM JUGLANDIS.

Nuces Juglandis nondum maturæ  
(seu ad finem mensis Julii collectæ),  
cum aquæ tantillo mixtæ, contundantur  
in vase ligneo. Liquor inde expressus  
paullatim vaporet donec ei mellis cras-  
titudo fit, caute evitando empyrevma.

## EXTRACTUM KINKINÆ.

R. Corticis Kinkinæ contusi Libram  
unam,  
Aquæ ferventis Libras duas.

Post unicam ebullitionem lenem cola exprimendo. Residuum coque iterum leniter ex Aquæ fluvialis Libris duabus & exprime liquorem; idque repete donec aqua nullum saporem inde extrahat. Liquores colati commisceantur & balnei maris calore vaporent ad justam spissitudinem.

Eodem modo para EXTRACTUM CASCARILLAE CORTICIS, ENULAE, GENTIANAE & RHABARBARI, radicum, atque NICOTIANAE foliorum ficcatorum.

#### EXTRACTUM THEBAICUM.

R. Opii contusi Libram semis,  
Aquæ fluvialis fervidæ Uncias octo.  
Digere donec opium dilutum fit, & liquorem calidum, exprimendo colatum, balnei maris calore redige in justam crassitudinem.

#### GELATINA CORNU CERVI.

R. Cornu Cervi rasi, aqua tepida aliquoties eloti, Libram semis,  
Aquæ fluvialis Libras septem.  
Ad modicum ignem coque, vase occlu-

fo, per septem vel octo horas. Liquori  
colato, etiamnum calenti, admisce  
Sacchari albissimi Uncias duas,  
Vini rhenani,  
Succi Citri, singulorum Unciam se-  
mis.

Repone loco frigido ut fiat gelatina.

### HYDRARGYRUS PURIFICATUS.

Hydrargyrus e retorta vitrea destillet  
in vas recipiens vitreum, cui aqua flu-  
vialis indita fit. Caveatur ne ignis tam  
validus fit, ut hydrargyrus quidquam  
secum in sublime rapiat.

### INFUSUM KINKINÆ.

R. Corticis Kinkinæ contusi Unciam  
unam & dimidiam,  
Aqua fluvialis servidæ Libram unam  
& dimidiam.

Digere per horas binas, vas subinde  
agitando: deinde cola cum expressione,

Si liquori colato adduntur Syrupi  
amygdalini Unciæ duæ, EMULSIO KIN-  
KINÆ nominatur.

F

## INFUSUM RHEI.

R. Rhabarbari contusi Uncias duas,  
 Alkali Tartari Drachmam unam &  
 dimidiam,  
 Aquæ fluvialis ferventis Libram  
 unam & dimidiam.  
 In vase vitreo macera per duodecim ho-  
 ras & leniter exprimendo cola.

## INFUSUM SENNAE CITRATUM.

R. Foliorum Sennæ Drachmas sex,  
 Succi Citri Unciam semis,  
 Aquæ fluvialis bullientis Libram semis.  
 Macera per horam vase vitreo: deinde  
 cola.

Si succi Citri loco sumitur Pulpa  
 Tamarindi, INFUSUM SENNAE TAMA-  
 RINDATUM vocatur.

## KERMES MINERALE.

R. Antimonii crudi pulverati Libram  
 semis,  
 Alkali lignorum depurati Libras duas,  
 Aquæ fluvialis ferventis Libras octo.  
 In olla ferrea coque per horæ quadran-  
 tem, spathula continue agitando. Li-  
 quor etiamnum fervens per chartam cola-

tus quiete deponat pulverem, qui affusa  
Aqua, primum frigida deinde calida,  
sæpius abluatur donec insipidus fit.

## LAC AMMONIACUM.

R. Gummi Ammoniaci purissimi Unciam semis,  
Aquæ Pulegii Uncias octo.  
In mortario vitro tere donec Gummi dilutum fit.

## LINCTUS LENIENS.

R. Gummi arabici contriti Drachmas duas,  
Aquæ Cerasi Unciam semis.  
In mortario vitro tritando admisce Olei amygdalini recentis,  
Syrupi amygdalini, singulorum Drachmas septem.

## LINIMENTUM SAPONACEUM.

R. Spiritus Formicarum Libram unam,  
Saponis veneti Uncias duas.  
Digere donec Sapo liquatus fit: tum adde Camphoræ Unciam semis.

## LINIMENTUM VOLATILE.

R. Alkali ammoniaci caustici quantum placet,  
Olei olearum Quadruplum pondus.  
Misceantur conquaffando.

LIQUOR ALKALINUS , OLEUM  
& SAL CORNU CERVI.

R. Cornu Cervi rasi quantum placet.  
E retorta ferrea tubulata , cui adaptatum est vas recipiens amplum cum tubo intermedio , fiat destillatio igne sensim ad summum fere aucto. Ascendunt Liquor alkalinus , Oleum & Sal.

Liquor purificatur , si ab Oleo & Sale separatus , exiguo adhibito calore , iterum destillat.

Sal autem purificatur , si cum Alkali lignorum depurati pari pondere mixtum sublimatur.

LIQUOR CORNU CERVI  
SUCCINATUS.

R. Liquoris Cornu cervi alkalini Libram semis ,

Salis Succini quantum satis est ad saturandum.

Mixta per chartam cola.

### LIQUOR PROBATORIUS.

R. Calcis ustæ Unciam unam,  
Auripigmenti Unciam semis,  
Aquæ destillatæ Libram semis.

Mixta digere & per chartam cola.

### LIXIVIUM SAPONARIUM.

R. Calcis recens ustæ , Uncias quatuor.  
In vase ferreo sensim affunde Aquæ calidæ tantillum, ut Calx in pulverem fatisfcat. Deinde adjice

Aquæ ferventis Libram unam & dimidiā,

Alkali lignorum depurati Uncias tres.  
Refrigerata injiciantur in infundibulum vitreum, cuius collo goffyptium inditum fit, ut per hoc coletur lixivium. Tum iterum affunde Aquæ ferventis quantum satis fit ut lixivii eliciatur Libra una & dimidia. Lixivium illud in lagenis vitreis, epistomiis vitreis obturatis, servandum est.

## LIXIVIUM TARTARI.

R. Alkali Tartari quantum placet,  
Aquæ destillatæ Duplum pondus.  
In vase vitreo misce & lixivium per  
chartam cola.

## MAGNESIA ALBA.

R. Salis cathartici anglici,  
Alkali lignorum depurati, singulo-  
rum Par pondus.

In aquæ destillatæ quantitate sufficien-  
ti separatim liquata, & per chartam co-  
lata misceantur calide, & mox diluantur  
Aquæ fervidæ Decuplo; bulliantque  
paullum, spathula agitata. Mixtura calida  
etiamnum coletur per linteum, & Magne-  
sia in illo manens, iterata aquæ destil-  
latæ affusione diligenter abluta, siccetur.

## MAGNESIA USTA.

Magnesia alba uretur in crucibulo  
igne fortiori, & in vitro follicite clauso  
fervetur.

Cum acidis non effervescit si satis  
usta est.

## MEL ROSACEUM.

R. Florum Rosæ rubræ siccatorum Libram semis,  
Aquæ fluvialis bullientis Libras tres.  
Macera per duodecim horas & liquori colato admisce  
Mellis fvecici Libras sex.

## MERCURIUS CALCINATUS.

In cucurbita vitrea alta, lata, angusti orificii, detineatur Hydrargyrus purificatus, modico & continuo arenæ calore, per plures menses, donec in pulverem rubrum redactus sit.

Orificio cucurbitæ charta leviter opertum fit ne fordes illabantur.

MERCURIUS CORROSIVUS  
ALBUS.

R. Hydrargyri purificati,  
Acidi Vitrioli concentrati, singulorum Libram semis.

In vase vitro coque ad siccum. Massam remanentem pulveratam misce cum

F 4

Salis communis fccati pulverati Unciis novem.

**E**cucurbita vitrea, ad tertiam tantum partem repleta, fiat sublimatio calore sensim aucto. Massa crystallina alba ad superiora cucurbitæ herens a scorriis purgata servetur.

Si massa hæc fatis crystallina non apparet, Salis communis tantillo addito, sublimetur iterum donec crystallina & pura fiat.

### MERCURIUS CORROSIVUS R U B E R.

R. Hydrargyri purificati Uncias duas.

Acidi Nitri diluti Uncias tres.

In vase vitreo latoris fundi coque donec massa sicca restet, quam pulveratam valido calore ure, continue virga vitrea agitando donec rubrum habeat colorem.

### MERCURIUS DULCIS.

R. Hydrargyri purificati,

Acidi Nitri diluti, singulorum Libram semis.

In cucurbita vitrea mixta, post dige-

ftionem per aliquot horas coque , vas  
subinde agitando , donec Hydrargyrus  
solvatur . Liquor etiamnum fervens de-  
canthetur in vas vitreum ; cui prius in-  
ditus sit aliis liquor fervens , qui habet  
Salis communis Uncias quatuor ,

Aquæ destillatæ Libras octo .

Postquam pulvis albus ad fundum vasis  
præcipitatus est , effundatur liquor lim-  
pidus supernatans , & pulvis remanens  
affusa saepius aqua calida abluatur do-  
nec insipidus fit . Tum charta bibula  
exceptus leni calore siccetur .

### MIXTURA DIATRION.

R. Spiritus vini camphorati Uncias quin-  
que ,

Acidi Tartari destillati Uncias tres ,

Vitrioli tenuis Unciam unam .

Mixta tinge Baccarum Myrtilli Drach-  
mis duabus : deinde cola .

### MIXTURA MINERALIS.

R. Mercurii corrosivi albi Grana sex ,

Aquæ destillatæ Uncias novem ,

F 5

Aquæ Cinnamomi Uncias duas,  
Spiritus vini rectificati,  
Syrupi Althææ, singulorum Unciam  
unam.  
Misceantur.

## MIXTURA SALINA.

R. Alkali herbarum fixi Drachmam  
unam,  
Aquæ fluvialis Uncias quinque.  
Lixivio adjice  
Succi Citri Uncias duas, vel quan-  
tum satis est ad saturandum,  
Syrupi simplicis Unciam semis.

## MORSULI AROMATICI.

R. Sacchari albissimi Libram unam.  
Cum aquæ tantillo incoque donec gutta  
inde extracta indurescat. Tum adjice  
Amygdalorum dulcium decorticato-  
rum & minutim conciforum,  
Conditi corticis Aurantii concisi, fin-  
gulorum Unciam unam,  
Cinnamomi ceylanici pulverati Un-  
ciam semis,

Zingiberis pulverati Scrupulum  
unum.

Fiant morfuli.

### MORSULI CITRI.

R. Sacchari albissimi pulverati Uncias  
quatuor.

Leniter calefacto adjice  
Succi Citri concentrati Unciam semis.

Fiant morfuli.

### NITRUM PURIFICATUM.

Nitrum in aqua liquetur. Liquor  
per chartam colatus vaporet donec gutta  
in laminam vitream cadens, crystallinas  
fibras habeat. Tum loco frigido  
reponatur ut crystalli fiant.

### OLEUM ABSINTHII STILLATICIUM.

R. Summitatum Absinthii recentium  
quantum placet,

Aquæ puræ quod satis fit ut Absinthium innatet.

Ad modicum ignem destillet una cum  
aqua Oleum, quod ab illa separatum  
servetur.

Eodem modo elicantur cætera olea stillaticia, ut ex ANISI, CARVI & FOENICULI, feminibus, JUNIPERI baccis, CHAMOMILLAE VULGARIS, LAVENDULÆ & TANACETI, floribus, MENTHÆ PIPERITIDIS & ROSMARINI, herba vel summitatibus, CARYOPHYLLIS, CINNAMOMO & PIPERE JAMAICENSI.

Caryophylli & Cinnamomum prius macerentur & in vase humili destillationi subjiciantur.

#### OLEUM AMYGDALINUM.

R. Amygdalorum dulcium non rancidorum quantum placet.

In mortario lapideo vel ferreo contundantur & ex illis, facculo inclusis, exprimatur Oleum prelo paullum calefacto.

Eodem modo e feminibus exprimitur OLEUM HYOSCYAMI, LINI & RICINI.

#### OLEUM CACAO.

E nucleis Cacao leniter tostis, & a cortice purgatis, prelo tepefacto exprime oleum.

## OLEUM CAMPHORATUM.

R. Olei olearum Unciam unam,  
Camphoræ Unciam semis.  
Misce ut diluatur camphora.  
Fit quoque cum Oleo Lini.

## OLEUM CERAE.

R. Ceræ flavæ,  
Calcis ustæ pulveratæ, singulorum  
Par pondus.  
E retorta vitrea destillet Oleum.

OLEUM CORNU CERVI  
RECTIFICATUM.

R. Olei Cornu Cervi Libras duas.  
Immitte cucurbitæ vitreæ per infundibulum vitreum longiore collo instructum,  
ne latera cucurbitæ inquinentur. Per alembicum vitreum longiore rostro præditum,  
modico deinde calore continuet destillatio tamdiu oleum limpidum elicitor.  
Quod in vas recipiens destillavit,  
ex alia cucurbita vitrea eodem modo  
iterum destillet, donec id quod destillando elicatum fuerit, Spiritus instar  
tenue & limpidum sit. Oleum hoc

servetur in lagenis vitreis parvis bene  
occlusis & in aqua subversis.

### OLEUM HYPERICI.

R. Summitatum Hyperici Libram unam,  
Olei olearum Libras duas.  
Vase vitreo macera per aliquot dies, donec  
colorem rubrum habeat Oleum, quod  
tum coletur.

### OLEUM LILII ALBI.

R. Petalorum Lilii albi nuper expan-  
sorum Libram unam & dimidiam,  
Olei olearum Libras tres.  
Vase vitreo Oleum cum petalis serva.

### OLEUM LATERITIUM.

Lateres in frustula confracti, & igne  
candefacti, oleo olearum immergantur,  
donec illo imbuti sint. Oleo de-  
inde exempti & contusi retortæ immit-  
tantur atque destillando eliciatur Oleum.

### OLEUM OVI.

R. Ovorum recentium quantum placet.  
Coque ut indurentur penitus: deinde

vitellos exime & comminutos affa leniter in fartagine, donec inter digitos pressi pinguedinem quandam emittant. Tum ferventes etiamnum indentur facculo, e fetis equinis contexto, & exprimatur Oleum.

### OLEUM ET SAL SUCCINI.

R. Succini fragmentorum quantum placet.

Ex retorta vitrea, recipiente capaci adaptato, fiat destillatio modico igne, ut phlegma primum ascendat, dein Sal Oleo tinctum. Tum auferatur recipiens vas & Sal e collo retortæ eximatur. Mutato recipiente, & aucto igne, eliciatur Oleum flavum, rubrum ac tandem fuscum.

Sal super chartam bibulam siccetur: quod autem oleo inquinatum est, in phlegmate proprio & Spiritus vini rectificati pauxillo diluatur, atque liquor per chartam colatus, post lenissimam exhalationem seponatur ut crystalli fiant.

Oleum e retorta vitrea, aquæ puræ sex-tuplo addito, iterum destillet & tum OLEUM SUCCINI RECTIFICATUM appellatur.

OLEUM TEREBINTHINAE  
AETHEREUM.

R. Olei Terebinthinæ,  
Aquæ fluvialis, singulorum Pares  
portiones.  
Fiat destillatio quamdiu prodit Oleum.

OSTREARUM TESTAE  
PRAEPARATAE.

Testæ ostrearum cavæ aqua fervida  
a fôrdibus purgatæ, deinde siccatae, in  
mortario ferreo tenuissime pulverentur.

OSTREARUM TESTAE USTAE.

Ostrearum testæ, repetita ablutione  
mundatæ, igne valido urentur, ut can-  
didæ intus & friabiles reddantur.

OXYMEL AERUGINIS.

R. AEruginis tritæ Uncias quinque,  
Aceti vini Uncias septem,  
Mellis svecici Uncias quatuordecim.  
Diligenter spathula agitando coque do-  
nec unguenti crassitudinem habeat.

## OXYMEL SCILLITICUM.

R. Aceti scillitici Libram unam,  
Mellis fvecici Libras duas.  
Tepide commisceantur vase vitro.

## OXYMEL SIMPLEX.

R. Aceti vini Libram unam,  
Mellis fvecici Libras duas.  
In vase vitro tepide commisceantur.

## PASTA ALTHAEAE.

R. Radicis Althææ decorticatæ Uncias  
quatuor,  
Aquæ fluvialis Libras octo.  
Coque ad dimidium. Humori perco-  
lato admisce  
Gummi arabici pulverati Libram  
semis,  
Sacchari albi pulverati Libras duas.  
Modico igne decoque, baculo ligneo  
diligenter agitando, donec extracti cras-  
titudinem habeat. Tum ab igne remo-  
tum celeriter & multum agita, subinde  
adjiciendo

Albumen ex duodecim ovis recentibus in spumam conquaßatum,  
Aquæ Aurantii Unciam semis.

Exiguo adhibito calore continue agitur, donec maffa manibus non adhæreat: deinde fermentur pastæ, pulvere Amyli conspergendæ.

### PASTA AMYGDALINA.

R. Amygdalorum dulcium decorticatum Libram unam,  
amarorum decorticatum Unciam semis.

Mixta contundantur in mortario lapideo, adjecta Aqua Aurantii. Deinde admisceatur

Sacchari albissimi pulverati Libra una. Fiat maffa, quæ manibus tractata eis non adhæreat.

### PASTA GLYCYRRHIZÆ.

R. Radicis Glycyrrhizæ decorticatae & contusæ Libram semis,  
Aquæ fluvialis ferventis Libram unam.

Macera per duodecim horas & humori  
percolato admisce

Gummi arabici pulverati Libram se-  
mis,

Sacchari albissimi pulverati Libras  
duas.

Caute evitando empyreuma vaporet  
donec gutta lapidi polito frigido infla-  
lata gelatinæ instar concrescat. Tum per  
duos dies detineatur loco calido & de-  
tracta pellicula, in patellas Olei amyg-  
dalini tantillo illitas, effundatur massa,  
calore modico ficcanda.

### PILULAE ALOETICAE.

R. Extracti Aloes aquosi Unciam unam,  
Colocynthidis compositi Un-  
ciam semis,

AEthiopis martialis Drachmas duas.

Commixta Syrupo simplici cogantur in  
maffam, ex qua formentur pilulæ, qua-  
rum singulæ Granum unum habeant.

### PILULAE CATHARTICAE.

R. Extracti Colocynthidis compositi  
Drachmas duas & dimidiam,

Mercurii dulcis Drachmam unam,  
Resinæ Jalappæ contritæ Scrupulos  
duos,  
Caryophyllorum pulveratorum Scru-  
pulum unum.

Commixta Syrupo simplici cogantur in  
massam, ex qua formentur pilulæ, quæ  
singulæ Grana duo habeant.

#### PILULAE EX ELATERIO.

R. Gummi ammoniaci purissimi Uncias  
duas,  
Aloes focotrinæ,  
Gambogiæ, singulorum Drachmas  
duas,  
Elaterii contriti Drachmam semis.  
Misce & Tinctura amara coge in mas-  
sam, unde formentur pilulæ, quarum  
singulæ Grana duo contineant.

#### PILULAE FOETIDÆ.

R. Affæ foetidæ,  
Castorei, singulorum Drachmam u-  
nam & dimidiæ,  
Salis Succini Drachmam semis,  
Olei Cornu Cervi Scrupulum semis.  
Commixta Tinctura Myrrhæ coge in

massam, unde fermentur pilulæ, quārum singulæ Grana duo habeant.

### PILULAE E MERCURIO COR- ROSIVO ALBO.

R. Mercurii corrosivi albi,  
Salis ammoniaci depurati, singulo-  
rum Scrupulum unum,  
Aquæ destillatæ quantum satis est ut  
deliquescant.

Deinde adjice  
Radicis Althææ pulveratæ Scrupulos  
sedecim,  
Mellis svecici Drachmas duas.

Mixta coge in massam, ex qua fiant pi-  
lulæ, quæ singulæ Grana tria habeant.

### PILULAE POLYCHRESTAE.

R. Extracti Gentianæ Unciam unam,  
Aloes focotrinæ,  
Croci,  
Myrrhæ, singulorum contritorum  
Unciam semis.

Commixta Syrupo simplici cogantur in  
massam, ex qua fiant pilulæ, qua-

rum unaquæque Granum unum habeat.

## PILULAE SAPONACEAE,

R. Saponis albi Uncias duas,  
Extracti Betulæ Unciam unam.  
Cogantur in massam, ex qua fiant pilulae, quæ singulæ Grana tria contineant.

## PILULAE E STYRACE.

R. Styracis depuratae Scrupulos quinque,  
Succi Glycyrrhizæ spissati Drachmas tres,  
Opii Drachmam unam.  
Opium ex Vino hispanico dilutum admisceatur cæteris ut massæ spissitudo fiat. Formentur inde pilulae, quæ singulæ Grana duo contineant.

## PLUMBUM USTUM.

Plumbum igne liquatum assidue agitetur spathula ferrea, donec in pulvrem redactum sit.

## PULPA TAMARINDI.

Fructum Tamarindi in aqua fluviali calida macera ut medulla deliquescat, quæ percolata balnei maris calore vaporet, donec justam habeat crassitudinem. Singulis pulpæ Libris tum admissce

Mellis svecici Unciam semis.

Eodem modo paratur PULPA CASSIAE.

## PULVIS ALEXITERIUS.

R. Alkali vegetabilis vitriolati Drachmas novem,  
Ipecacuanhæ,  
Opii, singulorum Drachmam unam.  
Commisceantur.

PULVIS ANTIMONII  
MARTIALIS.

R. Antimonii præparati Uncias duas,  
Lapidum cancrorum Unciam unam  
& dimidiam,  
Salis martis Unciam semis.  
Commisceantur.

## PULVIS ARI COMPOSITUS.

R. Radicis Ari Drachmas duas,  
     Calami vulgaris,  
     Pimpinellæ, singulorum  
         Drachmam unam,  
     Canellæ albæ Drachmam semis,  
     Alkali herbarum fixi Scrupulum  
         unum.  
 Commixta vase bene clauso servantur.

## PULVIS CORDIALIS.

R. Sacchari albissimi Unciam unam,  
     Cinnabaris facticiæ Drachmas duas,  
     Olei Cinnamomi Guttas sedecim.  
 Misce terendo & vitro bene clauso serva,

## PULVIS DENTIFRICIUS.

R. Aluminis usci.  
     Coccinellæ, singulorum Scrupulum  
         semis.  
 Simul tritis admisce  
     Ossis sepiæ,  
     Corallii rubri præparati, singulorum  
         Drachmas sex.

## PULVIS DIGESTIVUS.

R. Salis cathartici anglici,  
Rhabarbari, singulorum Pares por-  
tiones.  
Commisceantur.

PULVIS JALAPPAE COM-  
POSITUS.

R. Radicis Jalappæ,  
Gentianæ rubræ, singulo-  
rum Unciam unam,  
Salis cathartici anglici Uncias duas.  
Commisceantur.

## PULVIS INFANTUM.

R. Magnesiæ albæ Unciam unam,  
Rhabarbari in tenerimum pulverem  
contriti Drachmam unam.  
Commisceantur.

## PULVIS NITROSUS.

R. Nitri purificati Uncias tres,  
Salis Acetosellæ Unciam unam,  
Sacchari albissimi Uncias decem.  
Commisceantur.

## PULVIS SEDATIVUS.

R. Opii Scrupulum semis,  
 Nitri purificati Scrupulos quinque  
 cum dimidio,  
 Sacchari albissimi Unciam unam.  
 Commisceantur.

PULVIS SENNAE COM-  
POSITUS.

R. Foliorum Sennæ Uncias duas,  
 Scammonei Aleppensis Unciam unam,  
 Cremoris Tartari Uncias quatuor.  
 Commisceantur.

## RESINA JALAPPAE,

R. Radicis Jalappæ contusæ quantum  
 placet,  
 Spiritus vini rectificati quantum sa-  
 tis est ut radicem contegat.

Digere per unum alterumve diem.  
 Spiritum per chartam cola, aliumque  
 residuo affunde, digere & cola. Hoc  
 toties fiat, donec spiritus nihil inde ex-  
 trahat. Tincturæ commixtæ ad dimi-

dium vaporent &, addendo aquam puram frigidam, præcipitent resinam, quæ ficcata fervetur.

### ROB. JUNIPERI.

R. Baccarum Juniperi maturarum, paulum contusarum, quantum placet. Affusa aqua fluviali macerentur per diem unum alterumve, vase ligneo convenienti, cujus fundus foramine præditus, bacillis ligneis & stramine puro contextus fit. Liquorem deinde foramine aporto trajectum, toties reafunde, donec baccæ insipidæ sint. Liquor tum coletur & supra modicum ignem decoquatur ad mellis spissitudinem.

### ROB SAMBUCI.

R. Succi e baccis Sambuci maturis expressi Libras quatuor, Sacchari albi Libram semis.

Modico igne incoque ad mellis spissitudinem.

Eodem modo paratur ROB RIBIS NIGRI.

## SACCHARUM LACTIS.

R. Seri lactis cum coagulo parati quantum placet.

Supra modicum ignem decoquatur ad syrapi crassitudinem. Tum reponatur loco frigido ut crystalli fermentur. Liquor superstes iterum decoquatur, ut in loco frigido crystallos ponat, quæ aqua frigida abluantur.

## SAL ACETOSELLAE.

R. Succi ex foliis Acetosellæ expressi quantum placet.

Leniter ebulliat ut fæces separentur, deinde toties percoletur donec limpidus fit, & tum decoquatur modico igne ad syrapi crassitudinem. Vasis vi, treis angustioris colli inditus loco frigido reponatur, ut fiant crystalli, quæ ex aqua fluviali dilutæ, iterum in crystallos puriores concrescant.

## SAL ACIDUM BORACIS.

R. Boracis Unciam unam & dimidiam, Aquæ fluvialis fervidæ Libram unam, In vase vitro misce ut Borax dissolvatur. Tum instilla

Acidi Vitrioli concentrati Drachmas  
tres.

Liquor vaporet donec pellicula appa-  
reat, & quiete crystallos demittat, quæ  
aqua frigida ablutæ ferventur.

SAL AMMONIACUM  
DEPURATUM.

Sal ammoniacum ex aqua fluviali dilu-  
atur, & liquor, per chartam colatus,  
in vase vitro vaporet ad siccum, mo-  
dico adhibito igne.

SAL AMMONIACUM MARTIALE.

R. Ferri limaturæ Libram semis,  
Salis ammoniaci Libram unam.  
Commixta humectentur aquæ pauxillo,  
& fiscata conterantur in mortario fer-  
reo; idque fiat ter vel quater. Igne  
mox sufficiente instituatur deinde subli-  
matio ex cucurbita alembico instructa.

SAL BENZOINUM.

R. Benzoës pulveratæ,  
Calcis ustæ pulveratæ, singulorum  
Libram semis,

Aquæ fluvialis Libras duas.  
Coque leniter per quadrantem horæ, &  
liquorem calidum etiamnum per chartam  
cola. Residuum iterum leniter co-  
que ex aquæ Libris duabus &, ut an-  
tea, cola.

Liquoribus percolatis atque refrigera-  
tis instilla Acidum Salis communis tam-  
diu aliquid præcipitatur. Quod in fun-  
do manet aqua frigida abluatur &,  
charta bibula exceptum, siccetur.

## SAL MARTIS.

R. Acidi Vitrioli fortis Uncias octo,

Aquæ fluvialis Libras duas.

Caute commixtis adjice

Ferri limaturæ purissimæ Uncias qua-  
tuor.

Digere per duodecim horas. Liquor de-  
inde, per chartam colatus, vaporet ad  
pelliculæ apparitionem, & loco frigido  
reponatur, ut crystallos demittat. Li-  
quor remanens iterum leniter vaporet,  
ut crystallos deponat, quæ collectæ su-  
per chartam siccentur.

## SAL SATURNI.

R. Ceruffæ pulveratæ quantum placet,  
Aceti destillati quod satis fit.  
In vase fictili coque, donec acetum dul-  
cescat, quod tum per chartam coletur.  
Residuo affunde iterum  
Aceti destillati quantum satis est.  
Incoque, & cola ut antea. Liquores  
tandem commixti vase vitro vaporent  
ad mellis liquidioris spissitudinem, ut  
loco frigido crystalli demittantur.

## SCILLA SICCATA.

Bulbi Scillæ recentes, ablato cortice  
exteriore, secentur in taleolas tenues,  
quæ lenissimo calore siccentur.

SERUM LACTIS CLARIFI-  
CATUM.

R. Lactis vaccini recentis Libras sex,  
Coaguli vitulini ex aqua diluti Drach-  
mam unam, vel quantum satis fit.  
In vase fictili cooperto itent per aliquot  
horas supra cineres calidos, donec lac-  
dense coagulatum sit. Sero inde sepa-

rato, & per linteum colato, immis-  
fce.

Albumen trium ovorum in spumam  
agitatum & cum Cremoris Tartari  
Drachma semis mixtum.

Bulliant paullum, & serum per chartam  
coletur.

### SPIRITUS AETHEREUS NITRATUS.

R. Spiritus vini rectificatissimi Libras  
duas.

In retorta vitrea capaci paullatim adjice  
Acidi Nitri fumantis Libram semis.  
Mixta stent per duodecim horas & bal-  
nei maris calore destillando eliciatur  
circiter Libra una & dimidia.

Rite paratus cum alkalinis non effe-  
vescat.

### SPIRITUS AETHEREUS VITRIOLATUS.

R. Spiritus vini rectificatissimi Libras  
novem.

In retorta vitrea, paullatim instillando,  
admisce

Acidi Vitrioli concentrati Libras tres.  
 Excipulo mox adaptato supra modicum ignem destillet primum pars dimidia. Mutato vase recipiente eliciantur deinde Unciae circiter octo; idque toties repetatur, donec odor prodire incipiat sulphureus. Ultimo hoc abjecto, commisceantur cæteri liquores, & vasis bene occlusis ferventur.

### SPIRITUS AROMATICUS.

R. Summitatum Rosmarini Libram unam  
 & dimidiam,

Millefolii,

Herbæ Thymi, singulorum Libram  
 semis,

Spiritus vini gallici Libras sedecim.  
 Macera per biduum & destillando elice  
 Libras octo.

Si, ante destillationem, Aceti vini  
 Libræ octo admiscentur, SPIRITUS ARO-  
 MATICUS ACETATUS obtinetur.

### SPIRITUS AURANTII.

R. Corticis Aurantii recentis Libram  
 unam,

H

Spiritus vini gallici Libras tres.  
Balnei maris calore destillent Libræ duæ.

### SPIRITUS COCHLEARIAE.

R. Herbæ Cochleariæ recentis Libras decem,  
Spiritus vini gallici Libras octo.  
Balnei maris calore destillent Libræ quatuor.

### SPIRITUS FORMICARUM.

R. Formicarum, mensibus Junii & Julii cum acervo collectarum, Libram unam,  
Spiritus vini gallici Libras duas,  
Aquæ fluvialis Libram unam.  
Calore balnei maris destillet Libra una & dimidia.

### SPIRITUS LAVENDULÆ.

R. Florum Lavendulæ recentium Libram unam & dimidię,  
Spiritus vini gallici Libras octo.  
Balnei maris calore destillando elice Libras quatuor.

SPIRITUS LAVENDULAE  
COMPOSITUS.

R. Spiritus Lavendulæ Libras tres,  
Rosmarini Libram unam,  
Cinnamomi ceylanici,  
Nucis moschatæ, singulorum Unciam semis,  
Santali rubri Drachmas tres.  
Macera per quatuor dies, & cola.

SPIRITUS ROSMARINI.

R. Summitatum Rosmarini recentium  
Libras duas,  
Spiritus vini gallici Libras octo.  
Blanei maris calore destillent Libræ qua-

tuor.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

R. Spiritus vini rectificati Uncias sedecim,  
Camphoræ Unciam unam.  
Commisceantur.

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

R. Spiritus vini gallici quantum placet.

Ex vesica per alembicum flanneum destillet dimidium, supra modicum ignem.

Si hujus spiritus rectificati tertia pars destillando elicetur, habetur SPIRITUS VINI RECTIFICATISSIMUS, *Alcohol* dictus, cuius pondus sit ad aquam destillatam, ut 830 ad 1000.

### SPONGIA CERATA.

Spongiam tenuem siccatam, & ab arenulis purgatam, immerge Ceræ flavæ liquefactæ. Spongiam deinde fortiter expressam serva.

### STYRAX DEPURATA.

Styrax Spiritu vini rectificato diluta, per chartam coletur, & supra exiguum ignem detineatur donec omnis Spiritus consumtus sit.

### SULPHUR PRAECIPITATUM.

R. Sulphuris contusi quantum placet, Calcis recens ustæ, Triplum pondus, Aquæ fluvialis quantum fatis est. Coque ut sulphur dissolvatur. Liquori deinde per chartam colato instilla

Acetum vini, ut demittat pulverem,  
qui aqua ablutus siccetur.

## SYRUPUS ACETI.

R. Aceti vini Libras duas,  
Sacchari albissimi Libras quatuor.  
In vase vitro tepide commisceantur.

## SYRUPUS ALLII.

R. Allii recentis concisi Libram unam,  
Aquæ fluvialis ferventis Libras duas.  
Vase clauso macera per horam. Liquori  
percolato adjice  
Sacchari albissimi Libras duas.

## SYRUPUS ALTHAEÆ.

R. Radicis Althææ decorticatae Libram  
semis,  
Aquæ fluvialis Libras sex.  
Coque donec humili tertia pars consumta  
fit. Liquori exprimendo colato, & sub-  
sidentia depurato, admisce  
Sacchari albissimi Libras sex.  
Modico igne coque ut syrapi spissitudo  
fiat, cui refrigerato adjice  
Aquæ Aurantii Uncias duas.

## SYRUPUS AMYGDALINUS.

R. Amygdalorum dulcium Libram unam,  
amarorum Drachmas  
duas.

Decorticatis & in mortario lapideo cum  
pistillo ligneo contusis sensim adjice

Decocti hordei Libras duas.

Liquori exprimendo colato admisce

Sacchari albissimi pulverati quantum  
satis est, ut syrapi spissitudinem  
habeat.

## SYRUPUS ARMORACIAE.

Succo e radice Armoraciæ recenter  
expresso admisce Sacchari albissimi pul-  
verati quantum satis est, ut habeat syru-  
pi crassitudinem.

SYRUPUS AURANTII  
CORTICIS.

R. Flavedinis e cortice Aurantii recenti  
Libram semis,  
Aquæ fluvialis ferventis Libras tres.  
Vase clauso digere per biduum. Liquo-  
ri colato adjice

Sacchari albissimi quantum satis est,  
ut syrupi crassitudo sit.

## SYRUPUS CITRI CORTICIS.

R. Flavedinis e cortice Citri recenti Uncias tres,

Aquæ fluvialis ferventis Libras tres.  
Vase clauso macera per horam & liquori colato adjice

Aquæ Aurantii Unciam unam & dimidiam,

Sacchari albissimi quantum satis est,  
ut fiat syrupi crassitudo.

## SYRUPUS CITRI E SUCCO.

R. Succi Citri recens expressi, & defæcati, Libram unam,

Sacchari albissimi Libras duas.

In vase vitro commisceantur.

Eodem modo paratur Syrupus ex succo fructuum, CERASI NIGRI cum nucleis, MYRTILLIS, OXYCOCCI, RIBIS NIGRI, RUBI ARCTICI, & RUBI IDAEI.

## SYRUPUS HYDRARGYRI.

R. Hydrargyri purificati Drachmam unam, H 4

Gummi arabici Drachmas tres,  
Aquæ Rosæ quantum satis est ut  
gummi diluatur in mucum.

In mortario vitro conterantur, donec  
Hydrargyrus prorsus dispareat. Deinde  
paulatim admisce  
Syrupi simplicis Uncias quatuor.

### SYRUPUS PAPAVERIS.

R. Capitum Papaveris nondum matu-  
rorum, fccatorum & a feminibus  
purgatorum, Uncias quatuorde-  
cim,

Aquæ fluvialis bullientis quod sa-  
tis fit,

Macera per duodecim horas & leniter  
incoque, ut humoris inde expressi &  
colati supersint Libræ duæ. Huic de-  
inde adjice

Sacchari albissimi pulverati Libras  
quatuor.

### SYRUPUS RHEI.

R. Infusi Rhei quantum placet,  
Sacchari albissimi Duplum pondus.  
Commissceantur.

## SYRUPUS SCILLITICUS.

R. Scillæ siccatae Unciam unam,  
Zingiberis Unciam semis,  
Herbæ Hyssopi Uncias duas,  
Aquæ Hyssopi Libras duas.  
Vase vitro clauso macera per nycthemeron.  
Liquorem exprimendo cola, &  
defæcato adjice  
Sacchari albissimi Libras tres.  
Paullum coquendo fiat syrups.

## SYRUPUS SIMPLEX.

R. Aquæ fluvialis quantum placet,  
Sacchari albissimi Duplum pondus.  
Paullum coquendo fiat syrups.

## SYRUPUS VIOLAE.

R. Florum Violæ recentium, a calycibus purgatorum, Libram unam,  
Aquæ destillatae Libras tres.  
Vase vitro macera per duodecim horas.  
Liquori colato & subsidentia depurato,  
adjice  
Sacchari albissimi quantum fatis fit,  
ut syrapi crassitudinem habeat.

## SYRUPUS ZINGIBERIS.

R. Zingiberis concisi Unciam unam,  
Aquæ ferventis Libram unam.  
Vase vitro digere per sex horas, & li-  
quori colato adjice  
Sacchari albissimi quantum fatis sit,  
ut habeat syrapi crassitudinem.

## TARTARUS ANTIMONIALIS.

R. Croci Antimonii eloti pulverati, Un-  
cias tres,  
Cremoris Tartari Uncias duas.  
Commixta injiciantur paullatim in  
Aquæ fluvialis bullientis Libras qua-  
tuor.  
Incoque leniter per horam, spathula  
sæpius agitando. Liquor calidus etiam-  
num per chartam coletur et, vase vitro  
lato, vaporet, exiguo adhibita calore,  
donec exsicetur.

## TARTARUS MARTIALIS.

R. Tartari crudi pulverati Libras qua-  
tuor,  
Squamaram ferri purissimarum Li-  
bram unam & dimidiam,

Aquæ fluvialis Libras quadraginta  
octo.

In vase ferreo coque, donec sapor non  
fit acidus. Liquor decanthatus modico  
calore vaporet ad ficum, sollicite ca-  
vendo ne aduratur.

## THERIACA.

R. Radicis Angelicæ Uncias octo,  
Gentianæ rubræ Uncias sex,  
Valerianæ Uncias tres,  
Zedoariæ,  
Cardamomi minoris, singulorum Un-  
cias duas,  
Croci,  
Glycyrrhizæ succi spissati,  
Myrrhæ,  
Opii, singulorum Unciam unam,  
Mellis svecici Triplum ad pondus  
omnium, vel Uncias septuaginta  
& quinque.

Glycyrrhizæ succus, Myrrha & Opium,  
ex Vino hispanico diluta, primum mi-  
sceantur cum Melle paullum calefacto:  
deinde, sub continua agitatione, paul-  
atim adjiciantur cætera, in pulverem  
tenuem trita.

Si diu servata inarefcit, Vino hispanico admixto redigatur in justam spisitudinem.

### TINCTURA AMARA.

R. Summitatum Absinthii Uncias duas,  
Foliorum Cardui benedicti,  
Fructus immaturi Aurantii,  
Galangæ, singulorum Unciam semis,  
Spiritus vini gallici Libras duas.  
Digere per triduum: deinde per chartam cola.

### TINCTURA AROMATICA.

R. Canellæ albæ,  
Cinnamomi ceylanici,  
Galangæ, singulorum Unciam semis,  
Cardamomi minoris Drachmas duas,  
Spiritus vini rectificati Libram unam.  
Macera per triduum & per chartam cola.

### TINCTURA AROMATICA VITRIOLATA.

R. Tincturæ aromaticæ Libram unam,  
Acidi vitrioli concentrati Uncias duas.  
Senfim commixta stent per aliquot dies,  
et tum decantha tincturam.

## TINCTURA AURANTII.

R. Flavedinis e cortice Aurantii recen-  
ti Libram semis,

Spiritus vini rectificati Libras tres.  
Macera per triduum; deinde per char-  
tam cola.

Si, Spiritus vini rectificati loco, su-  
mitur Spiritus Aurantii, & tincturæ ad-  
duntur Sacchari albissimi pulverati Unciæ  
novem, TINCTURA AURANTII DULCIS  
appellatur.

## TINCTURA BENZOES.

R. Benzoes Uncias duas,

Spiritus vini rectificati Libram unam.

Digere per triduum, atque per char-  
tam cola.

## TINCTURA CANTHARIDIS.

R. Cantharidum contusarum Unciam  
unam,

Spiritus vini rectificati Libram unam.

Macera per triduum, atque per char-  
tam cola.

## TINCTURA CASTOREI.

R. Castorei Uncias tres,  
Spiritus vini rectificati Libram unam.  
Digere per triduum: deinde per chartam  
tam cola.

## TINCTURA COLOCYNTHIDIS.

R. Colocynthidis minutim concifæ, & a  
seminibus liberatæ, Unciam unam,  
Anisi stellati Drachmam unam,  
Spiritus vini gallici Uncias quatuor-  
decim.

Macera per triduum, atque per chartam  
cola.

## TINCTURA FULIGINIS.

R. Fuliginis splendentis contusæ Un-  
cias duas,  
Alkali lignorum depurati Libram se-  
mis,  
Salis ammoniaci Unciam unam,  
Aquæ fluvialis Libras tres.  
Digere per triduum, atque per chartam  
cola.

## TINCTURA GUAIACINA.

R. Resinæ Guajaci Unciam unam,  
Alkali ammoniaci spirituosi Libram  
semis.  
Macera per triduum: deinde cola.

## TINCTURA KINKINÆ.

R. Corticis kinkinæ contusi Uncias duas,  
Spiritus vini gallici Libram unam  
cum dimidia.  
Digere per triduum: deinde per char-  
tam cola.

Eodem modo paratur TINCTURA  
QUASSIAE.

## TINCTURA LACCAE.

R. Laccæ in granulis contritæ Unciam  
unam,  
Myrrhæ Drachmas tres,  
Spiritus Cochleariæ Libram unam  
cum dimidia.  
Digere per triduum: deinde cola.

## TINCTURA MARTIS.

R. Squamarum ferri purissimarum Un-  
cias duas,

Spiritus vini rectificati Uncias decem.  
 In vase vitro commixtis paullatim adjice  
 Acidi Salis communis Uncias quin-  
 que.  
 Digere per triduum, & ubi utendum  
 est, decantha.

### TINCTURA NERVINA.

R. Olei Caryophyllorum,  
 Cinnamomi,  
 Lavendulæ,  
 Macis, singulorum Scrupulum  
 unum

Tincturæ Succini Uncias quatuor.  
 Misceantur.

### TINCTURA PIMPINELLÆ.

R. Radicis Pimpinellæ Uncias duas,  
 Spiritus vini rectificati Libram unam.  
 Digere per triduum: deinde cola.  
 Eodem modo paratur TINCTURA  
 CASCARILLÆ & MYRRHÆ.

### TINCTURA SCILLÆ.

R. Scillæ siccatae concisæ,  
 Alkali vegetabilis acetati, singulo-  
 rum Unciam unam,

Spiritus vini rectificati Libram semis.  
Digere per triduum, & tincturam decantha.

### TINCTURA SUCCINI.

R. Succini flavi pulverati Unciam unam,  
Spiritus ætherei vitriolati Uncias  
quatuor.

In vase optime clauso digere per triduum,  
subinde vas agitando, & per chartam  
cola.

### TINCTURA THEBAICA.

R. Opii Uncias duas,  
Spiritus vini rectificati Uncias qua-  
tuor,  
Aquæ Cinnamomi Uncias sedecim.  
Digere per triduum: deinde cola.

### TROCHISCI BECCHICI ALBI.

R. Radicis Iridis florentinæ Drachmas  
sex,  
Glycyrrhizæ decorticatæ  
Drachmas tres,  
Amyli Unciam semis,

Sacchari albi Uncias octo.

In pulverem contrita mucilagine Tragacanthæ excipientur, & fiant trochisci.

Si Croci pulverati Scrupuli duo adiduntur, pro lubitu formari possunt BACULI vel TROCHISCI BECCHICI FLAVI.

### VINUM AMARUM.

R. Corticis Aurantii Drachmas sex,  
Radicis Gentianæ rubræ Unciam  
unam,  
Piperis nigri Drachmam semis,  
Vini hispanici Libram unam.  
Digere per triduum: deinde cola.

### VINUM ANTIMONIATUM.

R. Vitri Antimonii pulverati Unciam  
unam,  
Vini hispanici Libras duas.  
Digere per sex dies, subinde vas con-  
cutiendo. Vinum deinde decantha &  
per chartam cola.

### VINUM CHALYBEATUM.

R. Squamarum ferri purissimarum Un-  
ciam unam,

Cinnamomi ceylanici Drachmas tres,  
Vini rhenani Libram unam.  
Digere per triduum & tum decantha.

## VINUM IPECACUANHAE.

R. Ipecacuanhæ contusæ Drachmas sex,  
Vini hispanici Libram semis.  
Macera per triduum: deinde cola.

## VINUM SCILLITICUM.

R. Scillæ siccatae concisa Unciam unam,  
Zingiberis Drachmam unam,  
Vini albi gallici Libras duas.  
Macera per triduum: deinde cola.

VITRIOLUM ALBUM  
PURIFICATUM.

R. Vitrioli albi Libram unam,  
Aquæ fluvialis quantum fatis est ad  
vitriolum diluendum.  
Cola per chartam & loco frigido repo-  
ne, ut crystalli fiant, quæ serventur.

## VITRUM ANTIMONII.

R. Antimonii crudi pulverati quantum  
placet. I 2

In vase fictili lato, non vitreato, ure igne sensim aucto, bacillo terreo diligenter agitando, donec fumum sulphureum non emittat. Hic pulvis indetur crucibulo, ut duas ejusdem tertias partes occupet. Operculo adaptato ignis subministretur, primum modicus, deinde fortior, donec vitri instar liqueatur materia; follicite cavendo ab illapsu cuiuscumque rei inflammabilis. Vitrum liquefactum effundatur supra laminam æneam politam & calentem.

Fusionis peractæ signum est, si massa in crucibulo detenta apice virgæ ferreæ excepta, transparens, levis & æqualis appareat.

### VITRUM ANTIMONII CERATUM.

R. Ceræ flavæ Drachmam unam.  
In vase ferreo liquefactæ adjice  
Vitri Antimonii in tenuem pulverem  
triti Unciam unam.  
Super exiguum ignem detine per horæ  
dimidium, spathula continue agitando:  
dein effunde in chartam, & frigefactum  
contere in pulverem.

## UNGUENTUM BASILICUM.

R. Olei olearum Libram unam,  
 Ceræ flavæ,  
 Resinæ,  
 Sevi ovilli curati,  
 Terebinthinæ communis, singulo-  
 rum Uncias tres.  
 Simul liquefcant & spathula lignea subi-  
 gantur, donec refrixerint.

UNGUENTUM E CALAMINARI  
LAPIDE.

R. Olei olearum Libras duas,  
 Ceræ flavæ Libram unam.  
 Simul liquatis subigendo admisce  
 Calaminaris lapidis rubri præparati  
 Libram unam,  
 Minii Drachmas sex,  
 Camphoræ Drachmas duas.

## UNGUENTUM CITRINUM.

R. Hydrargyri Unciam unam,  
 Acidi Nitri diluti Uncias tres.  
 Digere ut hydrargyrus solvatur. Li-  
 quorem etiamnum calidum adjice

Adipis suillæ curatæ , liquefactæ &  
fere spissescens Libræ uni.  
Commixta subigantur in unum.

### UNGUENTUM MERCURIALE.

R. Adipis suillæ curatæ Uncias duas.  
Liquefiat , & cum ab igne remota spis-  
escere incipit adjice  
Hydrargyri Uncias duas.  
Commixta diligenter subigantur , donec  
hydrargyrus penitus disparuerit.

### UNGUENTUM NERVINUM.

R. Sevi ovilli curati Uncias octo.  
Liquefacto & ab igne remoto adjice,  
Olei Laurei Libram unam ,  
Terebinthinæ ætherei Unciam  
unam ,  
Succini rectificati Unciam se-  
mis.  
Mixta subigantur, ut in unum coeant.

### UNGUENTUM ROSACEUM.

R. Adipis suillæ recentis curatæ quan-  
tum placet.  
Continue instillando Aquam Rosæ sub-

ige pistillo ligneo, donec adeps niveam habeat albedinem.

### UNGUENTUM SATURNINUM.

R. Ceræ albæ Uncias octo.

Liquefactæ adjice

Olei olearum Libram unam & dimidiā,

Aceti Lithargyri Uncias octo.

Ab igne remota subige bacillo ligneo,  
donec omnium unitas fiat.

### UNGUENTUM E STYRACE.

R. Olei olearum Libram unam & dimidiā,

Resinæ,

Elemi,

Ceræ flavæ, singulorum Uncias septem.

Simul liquefactis & colatis adjice

Styracis liquidæ Uncias septem.

Commixta subigantur donec in unum  
coëant.

### UNGUENTUM SUPPURANS.

R. Ceræ flavæ,

Resinæ, singulorum Libram semis.  
Liquefactis adjice  
Cepæ sub cineribus assatæ,  
Mellis suæcici, singulorum Libras  
duas cum dimidia,  
Saponis nigri Libram semis.  
Simul incoquantur leniter donec omnis  
humor consumtus sit: tum exprimendo  
cola & subige bacillo ligneo, ut omnium  
unitas fiat.



## TABULA